



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 59. Joannis Nicolai de Comitibus Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

nem tam strenue vendicabat, ut exteris Sæc. XVII.
 Principes, quos offendisse timebat, suæ A. C. 1698.
 prudentiæ Encomiastes haberet: Tan-
 dem vero Sacri Collegii Sub-Decanus
 die vigesima nona Junii Romæ meritis
 plenus, ac Pontificiæ thiaræ dignissi-
 mus anno ætatis suæ septuagesimo
 quinto deceffit, hæredem multarum
 opum relinquens Fratrem suum Ange-
 lum Marchionem.

§. LIX.

Joannis Nicolai Conti deceffus.

Hunc fatali mortis necessitate seque- *Palat. Fast.*
 batur Joannes Nicolaus Conti, qui *Card. t. 4.*
 Poliani Ducis Filius sese adolescens
 sacræ militiæ dicabat, Romamque de-
 latus cunctos honorum dignitatumque
 gradus emensus est, usque dum Ave-
 nionensis Pro-Legatus, Marchiæ An-
 conitanæ Prætor ac demum Romanæ
 Urbis Gubernator nominaretur: quo
 in muuere cum se maxime commenda-
 tum redderet, ab Alexandro VII. Car-
 dinalium Collegio adscriptus est, ac
 paulopost plurimum sollicitante Chri-
 stina Suecorum Regina, Anconitanam
 Ecclesiam Episcopus regendam impe-
 travit: Defuneto Clemente X. Papa,
 plurimorum suffragia in Contium col-
 limabant, absdubio in Pontificem eli-
 gendum,

Sæc. XVII. gendum, nisi Cardinales Gallicis parti-
A. C. 1698. bus addicti eum nimis Cæsari faven-
tem credidissent, atque alii nimiam
Cognatorum copiam objecissent: ni-
hilominus tamen remunerator Deus
hoc anno huic Cardinali meritorum
gloria illustrissimo immortalitatis coro-
nam beato fine imposuit.

§. LX.

*Opinio de Humanitate Christi Remis
revocata.*

*Argentre
Coll. Jud.
tom. 3. p. 2.
fol. 40r.*

Eodem anno die prima Augusti Pater Petrus Flavel Jesuita Rhemis in suo Collegio in publica disputatione, cui ipius præerat, hanc propugnabat doctrinam: *Humanitas Christi non exsistit formaliter per existentiam Verbi. Ab a Verbo hypostatice sustentari probabilissimum est.* Hæc Thesis Lectores plurimum offendit, quamvis Præses nihil aliud intelligeret, nisi verosimilius esse, humanam naturam Christi a verbo hypostatice sustentari per quemdam physicum influxum, ita, ut probabilior opinio in hunc modum physici influxus caderet: Nihilominus indies ex hujus Thesis doctrina inter Theologos contentio atque offensio augebatur, quo- circa Rhemensis Archiepiscopus Præ- fidi injunxit, ut eam publice retractaret: mox